Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



31

omnium uiciorum accusationes odio et liuore suscipiant. etiam
consultores uideri se uolunt. Et ideo pie cauteque uigilan
dum est. ut cum aliquem reprehendere. vel obiurgare necessi
tas coegerit. primo cogitemus utrum tale sit uicium. quod nunquam
habuimus. vel quo iam caruimus. et si nunquam habuimus. cogitemus
et nos homines esse et habere potuisse. Si uero habuimus et non
habemus. tangat memoriam communis infirmitas. ut illam
reprehensionem aut obiurgationem. non odium sed misericordia precedat.
ut siue ad correctionem eius propter quem id facimus. siue ad per
uersionem ualuerit. nam incertus est exitus. nos tamen de sim
plicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nos
met. ipsos inueniremus in eo uicio. in quo est ille quem repre
hendere parabamus. non reprehendamus. neque obiurgemus. sed
tamen congemiscamus. et non illum optemperandum nobis sed ad
paritem conandum inuitemus. Raro ergo et magna necessita
te obiurgationes adhibende sunt. ita tamen. ut etiam in his
ipsis non nobis. sed deo ut seruiamus instemus. Ipse enim finis. ut
nihil duplici corde faciamus. auferentes trabem de oculo
nostro inuidentie vel malicie. vel simulationis. ut uidea
mus eicere festucam de oculo fratris nostri. ITEM
MISERICORS ET MISERATOR VNDE SVPRA
dominus. quia nos sua semper misericordia preuenire dig
natus est. inter cetera benignitatis sue documenta nos mi
sericordes esse precepit. ut in presenti lectione audiuit di
lectio uestra. Ait enim. Estote ergo misericordes. sicut et pater